



Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

Christopherson, John

[Köln], 1569

De Palestinę monachis, Hesycha, Epiphanio, postea Cypri episcopo,
Ammonio, & Siluano. Capvt XXXII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12718

SOZOMENI HISTOR.

evasit. Solon autem factus ex mercatore monachus, non primum ipse quoque inde percepit utilitatis. Nam fratres suo Melane, & monachis, qui ibi plium illud viuedi genus sedulò colebant, praceptoribus usus, tū in dei cultū summa animi alacritate incubuit, tū erga vicinos perbenignus fuit. Quare ecclesia Rhinocurensis eiusmodi ab initio nacta antistites, ex eo tempore ad nostram usque etatem eorum institutis uti, & bonos ac pios viros effere non destitit. Quinetiam clericis illius ecclesiæ ædes communis, communis mensa, alia deniq; omnia communia.

De Palestina monachis, Hesycha, Epiphanio, postea Cypri episcopo, Ammonio, & Silvano.

CAPT XXXII.

Porrò autem Palæstina propter viros, qui ibi disciplinam monasticam exerceebat, magnopere floruit. Nam complures eorum, quos dum de Constantij disserebā imperio, enumeraui, adhuc eandem cum magna gloria excolebant disciplinam quorum cōsuetudine alijs nonnulli utentes, ad id, quod in virtute summum est, peruenere, maioremque gloriae quasi cumulum monasterii illius regionis adieccere. Ex quorum fuere numero, Hesychas Hierarionis sodalis, & Epiphanius, qui postea Salaminae, que est urbs Cypri, fuit episcopus. Atque Hesychas eo ipso in loco, in quo magister eius, vitam egit monasticam. Epiphanius autem circiter Besanducem pagum in tractu Eleuthero politano situm, unde etiam ortus fuerat, in eodem vitæ genere colendo se collocavit. Qui ab incunte ætate à monachis præstantissimis institutus, & in Aegypto longissimo tempore eadem de causa versatus, in disciplina monastica cum apud Aegyptios, tum apud Palæstinos illustrissimus habitus est: postea quoque apud Cyprios in non minore gloria fuit: apud quos electus est primarius urbis totius insulæ episcopus. Vnde, credo, i yniuerso, pio pè dixerim, orbe terrarum, est maximam nominis celebritatem consecutus. Nam cum in multitudine hominum, & in urbe ampla eaque maritima sacerdotio fungeretur, ob præstantiæ virtutis, qua etiam negotiis ciuilibus occupatus usus est, breui cū ciuibus, tum peregrinis cuiusq; nationis notus

notus factus est: illis quidem, ut qui eum coram vidissent,
eiusque pīx vitæ fecissent periculum: his autem, ut qui il-
lis idem de eo narrantibus fidem adiunxit. Qui antē,
quām in Cyprū est profectus, etiā imperatore, cuius tépo-
ra iam persequimur, regnante, in Palæstina ætate degebat.
Quo quidē tempore, in monasteriis per celebres erant, Sa-
lamanes, Physcon, Malachion, & Crispī fratres. Qui cir-
ca Betheleam pagum in tractu Gazensi situm (erant enim
ex patriis illius loci oriūdi) vitā traduxere monasticam.
Cuius quidem vitæ ac disciplinæ præceptorē Hilarionē
habuere: à quo cū domū vñā cōcederent, fertur Malachio
nem ē medio illorū abruptū esse, ex eorum conspectu eu-
nuisse: atque ex improviso rursus visum esse eandē viā cū
fratribus insistentem: paulò post verò ē vita migrasse. qui
tametsi adhuc adolescens erat, illis tamē, qui in disciplina
monastica consenserant, neq; pia viuendi ratione, neq; ar-
denti in Deū amore inferior fuit. Itemque Ammonius de-
cé inde circiter stadia propè Chapharcobrā, pagū quoq;
Gazēsem, à quo genus duxit, habitauit: Vir sanc̄, qui vitā
monastīcā cū exquisitē in primis, tum summa cū animi ma-
gnitudine excoluit. Siluanus etiam, cui ferunt propter
eximiam virtutem angelum coram ministrasse, et si Palæ-
stinus genere fuit, id temporis tamen credo, in Aegypto
disciplinam monasticam sectatus est. At postea in monte
Sina aliquamdiu commoratus, deinceps ad torrētem quē
dam in Geraris conuentum plurimorum honorum ac pio-
rum virorum maximum planē & celeberrimum in vnum
congregauit: cui post eius mortem diuinus ille præfuit
Zacharias.

*De Syriae monachis, Bathao, Eusebio, Berge, Ala,
Abbo, Lazaro, Abdalco, Zenone, Heliodoro,
Eusebio apud Carras, Protogene, Bito, Aone.*

CAPVT XXXIII.

Sed abeamus iam ab his, & ad monachos Syriae ac Per-
sidis, quæ est Syriae finitimæ veniamus: qui ita multi-
tudine creuerūt, ut cū monachis Aegypti numero cō-
tēdere possent. In quibus præter ceteros excellere tū vide-
batur Bathæus, Eusebius, Barges, Alas, Abbos, & Lazarus
qui post